Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Imperii mea virtute ac fide constitum erat. ¶ Non
.H. de terre finibus: neq; de ripis Danuvii
nunc res agitur: Sed de eo q̃ Magno Regi sup
filios & cognatos illatum est: quos ille iniuste
ac preter iuramenta auferendos putauit. ¶ Proinde
Arma capiamus: & ornatu soluto in Aciem in
struamur. In Acie barbarorum inordinata: inor
dinata multitudo: & adtempus conuocata ipa si
que ac hostis aduersatur. Vestra uero Acies bene
instructa & conglutinata, cum experientia pugnas:
nobis salutem: illis uero pretium affers. ¶ Quare
ut Romanos decet: ac mos est, optima spe pugnate.
Sic barbaros cedite: ut magna gloria laudem
Romanis, reliquis q̃ hominibus referatis: Vt
ne Dolo idem & p fraudem fracto federe iniu
rias inferatis: Sed fugantes Armis victoria
paciatis. ¶ Hec dicente Marcino Milites, usu
rei necessitate, instruunt: Iam in Armis erat.
Oriente Sole Antabarus cum maxima copiarum multi
tudine adest. Barbari ex more consalutato
Sole, edito ingenti clamore: Romanos sagitti

Cõsalutãt solem mane. .fu.